
 Lib. XLVI.

Tit. I.

De Fidejussoribus & Mandato-
ribus.

§. 1. *Fidejussor*, aliàs *adpromissor*, est similis Mandatori, ut credatur debitori.

Alius est *Expromissor*, qui alienam obligationem per novationem suscipit priore sublatâ,

§. 2. *Fidejubes* qui stipulatò, (can. etiam pacto) fidem pro principali adhuc debitore interponit, securitatis ergò. Not. 1. *Subiecta*.
2. *Objectum*. 3. *Effectus*. 5. *Contraria*.

§. 3. (1) *Subiectum relativum*, est *fidejussor*, qui stipulari potest.

Filius. pro patre.

Servus in causâ peculiari.

Hodie, qui pacisci possunt. E. & surdus, mutus, absens.

Non 1. *Fœminæ*

2. *Clerici in causâ Laicorum*.

Recusari etiam possunt, minores, pauperes, privilegium fori habentes.

Recepti pauperes repudiari non possunt, nisi postea pauperes fiant.

§. 4. *Subiectum correlativum*, & quidem *mediatum*, est *Creditor*.

Ultimum est *Debitor* principaliter adhuc obligatus, quicumque fuerit.

Non fidejubemus pro eo, qui præscriptione liberatus,

pro non obligato, prodigo, furioso, pupillo.

pro debitore deportato.

§. 5.